

Sigismundus primus rex
Poloniae Clementi Septimo Pon-
tifici Maximo

114

Sanctissime ac, beatissime in Christo Pater,
et Dñe Dñe clementissime: Post hu-
mitem mei, regniq[ue] et dominiorum me-
orum commendationem et oscula pedum
Beatorum. Scripsi iam aliquoties et sup-
plicavi diligentissime Vrae Sanctitati, ut
Privilegium quod in gratiam meam Or-
dinaris huius regni de veris collationi-
bus in ipsorum Mensibus innotuit in
his reficere et clarius interpretari di-
gnaretur, in quibus claudicare et cau-
sam rabitis et turbatoribus hominum
adhuc sacerdotia indignis modis aucupan-
di probere videatur, nempe ut reserva-
tiones, regressus, coadjutoria, et alia id
genus sacerdotiorum reiciacula non va-
lerent tam in Mensibus Vrae Sanctitatis
quam etiam in mensibus Ordinariorum
in quibus mei Ordinarii, quam et Ca-
pituli quibus persona gentis nostrae
cognitiores sunt, consensu accederet, in-
dignum si quidem videtur, ut haec rei
Ecclesiasticae dehonesta, unde po-
tissimum hominum detestatio manat,
praecisa in Mensibus Ordinariorum
in mensibus vero Vrae Sanctitatis u-
niquam libera esse deberent, suppli-
cavi

cavi præterea Vra Sanctitati et Sacer.
dotia in Celsensi et Vislicensi Collegiatis
Ecclesijs adscribere dignaretur. Iuri pa.
tronatus perpetuo duobus Economico seu
Capitaneo Rdi Dni Episcopi Craco.
viensis pro tempore existentibus, quod
expediret non solum huic Sedi, qua
in loco totius regni mei principe si.
ta est, sed etiam omnibus aliis sedi.
bus pontificalibus habere saeculares
officiales talibus privilegijs dotatos, qui.
bus et amicis suis viuis dignis com.
modare possent, et ipsis rebus Eccle.
siasticis suis essent devinctiores, has et
alias ejusmodi meas preces non priva.
ta mea alicujus rei causa, sed certa
pro bono rei Ecclesiastica ratione, to.
ties factas alias cum magna difficul.
tate et impendio impetratas alias
neque dum a Vra Sanctitate susa.
ptas et concessas, mirarer vehementer
planeque desperarem de Vra Sancti.
tatis et animo in resiciendo bono sta.
tu Ecclesiastico et abusibus, qui omni.
bus offendiculis sunt reseccandis, nisi ali.
us exploratum haberem virtutem et pru.
dentiam, singularemque erga me be.
nevolentiam Vra Sanctitatis, unde po.
tius interpreter meas istas preces vel
non perlatas omnes ad Vestram San.
ctitatem, vel inter alias summas il.
lius occupationes excidisse, proinde
repeten

repetendas illas denuo non dubitari, sup-
plicoque Vra Sanctitati etiam atque
etiam ut ipsas meas preces, quae
merito apud illum magis impetrabiles
esse debent, quae magis sunt rei
Eclesiasticae obnoxia tandem admittere
et illis annuere dignaretur, neque rogo
Vra Sanctitas paciatur mihi amplius
haec supplicando reperere praesertim tam
exigua tanquam justa et honesta
ne favorem et animam Vra Sancti-
tatis non solum in me, sed etiam in
rem Ecclesiasticam remissivorem arbitrari
cogar, commendo me rursus regnumque
et dominia mea in gratiam Vra
Sanctitatis quam Dominus Deus ser-
vet semper sospitem et felicem. Dat
Cracovia 6 Maij 1533 Regni nri
Anno 27.

